ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: PS. DIONYSIUS AREOPAGITA. PS. ORIGENES. PS. EUSEBIUS CREMONENSIS. PS. AUGUSTINUS. PS. CYRILLUS HIEROSOLYMITANUS. ANSELMUS CANTUARIENSIS. PS. ANASTASIUS SINAITA. HONORIUS AUGUSTODUNENSIS. ROBERTUS REMENSIS. THEOBALDUS DE SEXANNIA. HENRICUS DE LANGENSTEIN. IOHANNES MAGISTER. BONAVENTURA. IOHANNES DE FONTE. PETRUS LOMBARDUS. U.A.

6. Jahrzehnt 15. Jh. Seite 25v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36940
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



sui quam omnes patres mei. Tu
moysi noluisti te uno ictu
oculi mirare. Cur te tantum humi-
lias ut paciaris ad hominem de-
scendere publicanum et peccatorem.
Et non solum cum illo manducare
vis sed teipsum prebere et mandu-
cari iubes. Cumque ipse illum esset
sacerdos origenes se vir gloriosus
genibus flexis cum cunctis cernentibus
magnis lacrimis et suspiriis
et quam plures percutiens pectus suum
dixit. Tu es deus meus et dominus
meus qui pro me passus es an
forte alius. Certe tu es ille
qui cum deus esses solus ante
omnia tempora et sine principio genitus
a deo patre et eternaliter et inves-
tigabili generatione. Qui cum ipso
patre et spiritu sancto idem deus unus
es permanens idem quod eras. et
es intra unius puelle corpusculum
clausus est factus sum sicut sum.
Vere et deus et homo es. Sicut
enim in virginali utero hominem
suscepisti quod nec sine homine
deus es nec sine deo homo.
Quamvis nec humanitas sit
deitas nec deitas humanitas.
Non sunt confuse nature quamvis sit
una et eadem in te persona. Nonne
es caro et frater meus. Vere sic
fame huisti. Sitisti et flevis-
ti meas infirmitates huisti.
ut ego. Sed in te peccandi in-
firmitas et defectus non fuit.
sicut in me. In te fuit corpora-
liter et est omnis plenitudo
gratie. Non enim data fuit tibi
gratia ad mensuram. Tua anima
statim cum unita fuit inseparabi-
liter deitati. omnia perfecte scivit
et potuit. quia ipsa potuit dei-
tas quantum ad divinam naturam quo
in te est deo patri equalis est.
Sed ob illam quam puram assumpsisti
redemptione humanitatem minor es
et cum eo aliquid in terris vituperium.
Tu nempe ille es. super quem in
iordanis alvo baptizante iohanne
vox subito patrina celitus intonuit.
Hic inquiens est filius meus
dilectus in quo mihi complacui ipsum
audite. Et spiritus sanctus in te ut
columba descendens te unum
esse cum patre et eodem in substantia
declaravit.

Et nempe bone ihesu pro
me crucis tam grande
in tuo isto quod cerno corpore sub-
isti supplicium. Ut mortem quam
meis incurreram flagitiis inte-
rimeres animas antiquorum patrum
quas dudum diabolica potestas in in-
fernalibus mansionibus retinebat
recuperares. Et totam humanam
naturam que corruerat in morte
perpetua tuo pacificato patre
ad vitam interminabilem tuo quem
pro ipsis fudisti proprio sanguine revo-
cares. Cuius quidem in te die
resurgens tertia de illo in quo
mortuus iacuisti baratro certi-
tudinem firmissimam comprobasti.
Quo quidem nostra solidata est
fides adaucta spes et sic in
corruptibilis et immortalis resurrex